Nos Nicolaus Strasch de Bialaczow Iudex et Johannes de Marczi Medlenga Subiudex terre Cracouiensis generales Significamus tenore presencium quibus
expedit vniuersis presentibus et futuris presencium notitiam habituris Quomodo Coram nobis et Camerario nostris in Judicio presidentibus veniens personaliter Magnificus dominus
Petrus de Wyszingye et Lypniky heres Marschalcus Regni Polonie et Capitaneus Lublinensis Sanus mente et corpore existens Non compulsus nec coactus Sed de sua spontanea
voluntate publice recognouit quia Viginti marcas pecuniarum continentes pecunie numeri polonicalis computati in quamlibet marcam quadraginta octo grossos computando Census
annui in et super Tota villa sua hereditaria communi dicta Lypniky in terra et districtu Cracouiensi sed Cum omni Jure titulo proprietatis et toto dominio vtilitatibus fructibus
Redditibus prouentibus obuencionibus dacijs Censibus laboribus Incolis areis domibus agris campis pratis pascuis Siluis gaijs rubetis Indaginibus rubetis querectis virgultis sarepta
aquis fluuijs fluminibus piscinis piscarijs stagnis lacubus riuis riuulis ortis ortulanis tabernis molendinis Cum predijs acreuis allodijs Et vniuersis ac singulis pertinencijs quibus
cumque dicantur nominibus ad dictam villam Lypniky ex antiquo quomodolibet spectantibus Nichil Juris proprietatis et dominij pro se aut suis successoribus reseruando nec aliquid
penitus excludendo Ita late longe et circumferencialiter prout eadem hereditas ville prefate Lypniky ex antiquo ab alijs hereditatibus seu villis in suis metis et granicijs est
distincta et ablimitata Et prout solus tenuit habuit et possidebat Venerabilibus et Religiosis fratribus Laurencio Priori et Johanni graniczy Subpriori totique Conuentui
Monasterij Ecclesie Sancte Katherine in Kazimiria ordinis sancti Augustini et eorum successoribus pro Mille et ducentis florenis vngaricalibus auri puri veri et iusti ponderis
integrum in vim reempcionis alias nawyderkoff vendidit et inscripsit iudicialiter resignauit et coram Jure realem et actualem per Nicolaum Lyszekij de Kazimiria ministerialem de
Jure datum et additum in eandem villam Lypniky dedit eis intromissionem Ipse prefatos venerabiles et Religiosos fratres Laurencium et Johannem totumque Conuentum et eorum
successores dictas viginti marcas pecuniarum Census annui de predicta villa Lypniky iuxta Consensum et litteram Serenissimi principis et domini domini Johannis Alberti
dei gracia Regis Polonie etc eis datam et concessam tollendi leuandi effectualiterque percipiendi et in vsus ipsorum beneplacitos et successorum suorum libere conuertendi Quemquidem Cen
sum annuum predictum viginti marcarum pro quolibet festo sancti Martini prefatus Magnificus dominus Petrus de Wyszingye et sui successores per se vel per suum pro
curatorem ad Claustrum ipsorum predictum in manus prefatis Religiosis fratribus et suis successoribus dare et soluere se obligauit et inscripsit Et presentibus se obligat et inscribit
Sub pena ... ipsis et ipsorum successoribus sine Citacione et Conuictione condempnanda Promittens insuper supranominatus Magnificus Petrus et sui successores predictos
Religiosos fratres et ipsorum successores occasione predicti Census annui et hereditate seu ville Lypniky ab omnibus impedimentis et dampnis quarumlibet personarum secus ...
... quod ad quamlibet personam spectat et pertinet secularis prescripcio iuxta Juris formam et terrestrem consuetudinem ... Et presertim ab expedicione bellica generali siue par
ticulari si quam in Regno siue extra Regnum contigerit tocies quociens Similiter a dacijs et Contribucionibus vniuersis quocumquemodo excogitatis magnis siue paruis prefatus
Magnificus Petrus et sui successores supranominatos venerabiles et Religiosos fratres totumque Conuentum suis sumptibus impensis et expensis intercedere et vbilibet eliberare ac
eximere debet Et quodcumque dampnum aut impedimentum prefati Venerabiles et Religiosi fratres aut sui successores occasione eiusdem Census annui perceperint hos in ipsum Magni
ficum Petrum et ipsius successores redundabit Hoc addito et specialiter inserto Quandocumque et quando prefatum Magnificum Petrum et suos successores predictum Censum annuum de
predicta villa Lypniky reemere seu exemere in predicta Summa Mille ducentorum florenorum de manibus prefatorum Religiosorum fratrum aut successorum suorum contingat
Extunc ante tempus reempcionis sex Mensium ad magis et minus prefatos Religiosos fratres pro recipiendis pecunijs et redimendo Censu annuo predicto de prefata villa
Lypniky ipse Magnificus Petrus aut sui successores auisare tenebitur Ipseque Magnificus Petrus hanc Inscripcionem superius factam prefatis Religiosis fratribus ad acta
Spiritualium inducere et inscribere debet prout hec eadem Inscripcio seu narracio talium inscripcionum in vim reempcionis concernentium latius continebitur in actis Spiritualium Istam presentem
Inscripcionem per illam et illam per istam approbando et vnam alteri coniungendo et associando Pro quibus omnibus superius expressis hic euadendo ipsos Religiosos fratres et ipsorum
successorum litteris Regalibus Colloquio prescripcione districtibus Cumulando expedicione bellica eiusdem suspensione deffectu presentis inscripcionis nec quouismodo alio excepcionis
sub amissione sue Cause Et quecumque in ampliori ipse Magnificus Petrus sibi aut sui successores contra ipsos acceperit aut acceperint hoc ipsis fratribus Religiosis nec debet obesse
sed prodesse Et Causam suam contra ipsos amittere debebit Et Nicolaus Lyszekij de Kazimiria ministerialis qui est additus de Jure ipsis Religiosis fratribus ad intromittendum
stans personaliter Coram Jure Recognouit quia ipsis Religiosis fratribus in eandem villam Lypniky et Censum annuum Viginti marcarum realem et actualem dedit intromis
sionem In Cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa Actum et datum Cracouie feria Secunda post festum sancte Trinitatis proxima Anno
domini Millesimo quadringentesimo Nonagesimo Quarto Presentibus ibidem Nobilibus Nicolao de Chelm Johanne de Pantkowycze Alberto de ibidem Johanne
de Radwanowycze Stanislao de ibidem Johanne de Lyszy heredibus Et alijs quampluribus fidedignis ad premissa

Johannes de Strpnycz Notarius
manu propria subscripsit

Privilegium ~~Confirmacionis~~ emptionis super Censum in villa Lipnyky

[illegible] 1200 [illegible]

1494

Piotr (Kmita) nadaje wieś Lipniki zakonnikom S. Katarzyny na Kazimierzu przy Krakowie. —

1494